doniam provinciam, gratulationem factam, quam quum aut consul essem consalutatus, aut quo die magistratum inissem : neque id ob aliam causam, quam quia bello in Macedonia, quod diu trahitur, existimastis dignum majestate populi Romani exitum per me imponi posse. Deos quoque huic favisse sorti[1] spero, eosdemque in rebus gerendis adfuturos esse. Hæc partim opinari[2], partim sperare possum. Illud affirmare pro certo habeo audeoque, me omni ope annisurum esse, ne frustra vos hanc spem de me conceperitis.

II. Mais il ne faut pas qu'il soit en butte aux censures, aux calomnies des oisifs de la ville. Qu'on laisse le soin de la guerre à qui doit s'en occuper.

Quæ ad bellum opus sunt, et senatus decrevit, et (quoniam extemplo proficisci placet, neque ego in mora sum) C. Licinius collega, vir egregius, æque enixe parabit, ac si ipse id bellum gesturus esset. Vos, quæ scripsero senatui, aut vobis, credite : rumores credulitate vestra ne alatis, quorum auctor nemo exstabit. Nam nunc quidem, quod vulgo fieri, hoc præcipue bello, animadverti, nemo tam famæ contemptor est, cujus non debilitari animus possit. In omnibus circulis, atque etiam, si diis placet, in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant[3]; ubi castra locanda sint, sciant; quæ loca præsidiis occupanda; quando, aut quo saltu intranda Macedonia; ubi horrea ponenda; qua terra, mari subvehantur commeatus; quando cum hoste manus conserendæ, quando quiesse sit melius. Nec, quid faciendum sit, modo statuunt, sed, quidquid aliter, quam ipsi censuere, factum est, consulem veluti dicto die accusant. Hæc magna impedimenta res gerentibus sunt. Neque enim omnes tam firmi et constantis animi contra adversum rumorem esse possunt, quam Fabius fuit, qui suum imperium minui per vanitatem populi maluit, quam secunda fama male rem gerere.

III. Il est prêt à accepter les avis de ceux qui voudront le suivre.

Non sum is, qui non existimem admonendos duces esse : imo

I. — [1] *Sorti*. Désignation du sort. — [2] *Opinari*. Penser, supposer; *opinione tenere*. — [3] *In omnibus circulis... qui exercitus in Macedoniam ducant*, etc. « A peine ont-ils épuisé le présent, qu'ils se précipitent dans l'avenir; et, marchant au-devant de la Providence, ils la préviennent sur toutes les démarches des hommes. Ils conduisent un général par la main; et, après l'avoir loué de mille sottises qu'il n'a pas faites, ils lui en préparent mille autres qu'il ne fera pas. Il font voler les armées comme les grues, et tomber les murailles comme des cartons; ils ont des ponts sur toutes les rivières, des routes secrètes dans les sables brûlants; il ne leur manque que le bon sens. » Montesquieu, *Lettres Persanes*, CXXX.

eum, qui de sua unius sententia omnia gerat, superbum judico magis, quam sapientem. Quid ergo est? Primum a prudentibus, et proprie rei militaris peritis, et usu doctis, monendi imperatores sunt : deinde ab his, qui intersunt gerendis rebus, qui loca, qui hostem, qui temporum opportunitatem vident, qui in eodem velut navigio participes sunt periculi. Itaque si quis est, qui quod e republica sit, suadere se mihi in eo bello, quod gesturus sum, confidat; is ne deneget operam reipublicæ, et in Macedoniam mecum veniat : nave, equo, tabernaculo, viatico etiam a me juvabitur. Si quem id facere piget, et otium urbanum militiæ laboribus præoptat, e terra ne gubernaverit. Sermonum satis ipsa præbet Urbs; loquacitatem suam contineat : nos castrensibus consiliis contentos futuros esse sciat.

EX LIBRO XLV.

I. Verba L. Æmilii Pauli ad Perseum captivum. Cap. 8. (An de R. 586. — Av. J.-C. 168.)

Æmilius consul, quum regno Macedonico fidem, devicto et capto Perseo, imposuisset, et adductus esset rex captivus, consurrexit, et, jussis sedere aliis, progressusque paulum, introeunti regi dextram porrexit; submittentemque se ad pedes sustulit, nec attingere genua passus, introductum in tabernaculum, adversus advocatos in consilium considere jussit.

Prima percontatio fuit, qua subactus injuria contra populum Romanum bellum tam infesto animo suscepisset, quo se regnumque suum ad ultimum discrimen adduceret? *Quum, responsum exspectantibus cunctis, terram intuens, diu tacitus fleret, rursum consul :*

Si juvenis regnum accepisses, minus equidem mirarer ignorasse te, quam gravis aut amicus aut inimicus esset populus Romanus. Nunc vero quum et bello patris tui, quod nobiscum gessit, interfuisses, et pacis postea, quam cum summa fide adversus eum coluimus, meminisses; quod consilium, quorum et vim bello, et fidem in pace expertus esses, cum iis tibi bellum esse, quam pacem, malle?

Nec interrogatus, nec accusatus, quum responderet : Utcumque tamen hæc, sive errore humano, seu casu, seu necessitate inciderunt, bonum animum habe : multorum regum, populorum casibus cognita populi Romani clementia[1], non modo spem tibi, sed prope certam fiduciam salutis, præbet.

I. — *Cognita populi Romani clementia*. « Persée languit deux ans

Hæc Græco sermone Perseo, Latine deinde suis : Exemplum insigne cernitis, *inquit*, mutationis rerum humanarum. Vobis hoc præcipue dico, juvenes. Ideo in secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, quum, quid vesper ferat[2], incertum sit. Is demum vir erit, cujus[3] animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet[4].

II. Oratio Astymedis Rhodii ad senatum ne bellum civibus suis indicatur. Cap. 22 et sqq. (An de Rome 587. — Av. J.-C. 167.)

Quum Rhodii, in bello Macedonico adversus Persea, armis abstinuissent, nec se Romanis conjunxissent, devicto rege, M. Juventius Thalna prætor populum adversus eos incitat, rogationemque promulgat, ut Rhodiis bellum indicatur, adversantibus huic actioni M. Antonio et M. Pomponio, tribunis plebis. Utrinque acerrimo studio certabatur. Rhodii autem legati, qui senatui gratulatum venerant, omissa veste candida, sordidati domos principum cum precibus et lacrymis circumibant, orantes ut prius cognoscerent causam, quam condemnarentur. Tandem dato senatu, postquam diu flentes jacuerunt, Astymedes ex eorum numero ita verba fecit.

I. Les Rhodiens sont d'anciens et fidèles alliés de Rome; et on les traite plus durement que des ennemis avant de savoir s'ils sont coupables.

[Hic luctus[1] et squalor paulo ante florentium amicitia vestra sociorum, Patres Conscripti, non potest non esse etiam iratis miserabilis. At quanto justior vestras mentes subibit miseratio, si cogitare volueritis, quam dura conditione causam hic apud vos prope jam damnatæ civitatis agamus? Ceteri rei fiunt, antequam damnentur, nec prius luunt supplicia, quam de culpa constet; Rhodii] peccaverimusne, adhuc dubium est : pœnas, ignominias omnes jam patimur. Antea, Carthaginiensibus victis, Philippo, Antiocho superatis, quum Romam venissemus, ex publico hospitio in curiam gratulatum vobis, Patres Conscripti, ex curia in Capitolium ad deos vestros dona ferentes deducebamur; nunc ex sor-

dans un cachot où ses geoliers le firent, dit-on, mourir d'insomnie. Le seul fils qui lui survécut, gagna sa vie au métier de tourneur, et parvint au rang de scribe des magistrats dans la ville d'Albe. » Michelet, *Hist. Romaine*, t. II, ch. VII. — [2] *Quid vesper ferat.* C'était un proverbe que Varron avait donné pour titre à un de ses ouvrages : *Nescis quid vesper serus vehat.* — [3] *Is demum vir erit cujus*, etc. Voyez le discours de Scipion aux ambassadeurs d'Antiochus, XXXVII, 45. — [4] La dernière partie de ce discours est développée par Plutarque, *Vie de Paul-Emile*, éd. de Reiske, ch. 27.

II. — [1] *Hic luctus*, etc. Le commencement de ce discours est

dido diversorio, vix mercede recepti, ac prope hostium more extra urbem manere jussi[2], in hoc squalore[3] venimus in curiam Romanam Rhodii, quos provinciis nuper Lycia atque Caria, quos præmiis atque honoribus amplissimis donastis. Et Macedonas Illyriosque liberos esse, ut audimus, jubetis, quum servierint, antequam vobiscum bellarent (nec cujusquam fortunæ invidemus, imo agnoscimus clementiam populi Romani) : Rhodios, qui nihil aliud quam quieverunt[4] hoc bello, hostes ex sociis facturi estis?

II. Rome, dans toutes ses guerres, ne consulte que la justice; dérogera-t-elle à ce principe contre les Rhodiens, qui lui ont rendu naguère tant de services?

Certe quidem vos estis Romani, qui ideo felicia bella vestra esse, quia justa sint, præ vobis fertis; nec tam exitu eorum, quod vincatis, quam principiis, quod non sine causa suscipiatis, gloriamini. Messana in Sicilia oppugnata[5] Carthaginienses, Athenæ oppugnatæ et Græciæ in servitutem petita et adjutus Annibal pecunia, auxiliis, Philippum hostem fecerunt. Antiochus ipse, ultro ab Ætolis hostibus vestris arcessitus, ex Asia classe in Græciam trajecit, Demetriade et Chalcide et saltu Thermopylarum occupato, de possessione imperii vos dejicere conatus. Cum Perseo socii vestri oppugnati, alii interfecti reguli principesque gentium aut populorum, causa belli vobis fuere. Quem tandem titulum nostra calamitas habitura est, si perituri sumus? Nondum segrego civitatis causam a Polyarato et Dinone[6], civibus nostris, et iis, quos, ut traderemus vobis, adduximus. Si omnes Rhodii æque noxii essemus, quod nostrum in hoc bello crimen esset? Persei partibus favimus[7]; et, quemadmodum Antiochi Philippique bello pro vobis adversus reges, sic nunc pro rege adversus vos stetimus. Quemadmodum soleamus socios juvare, et quam impigre

perdu; tout ce qui est entre crochets est de Freinsheimius. — [2] *Extra urbem manere jussi.* On sait que les ambassadeurs étrangers étaient reçus par le sénat dans le temple de Bellone, hors de la ville. On avait traité les Rhodiens plus rigoureusement encore, puisque avant de les admettre dans le sénat, on ne leur avait pas même permis d'entrer dans la ville. — [3] *In hoc squalore*, c'est-à-dire *in sordida veste*, en habits de deuil, avec tous les signes de la douleur. — [4] *Nihil aliud quam quieverunt.* Idiotisme que nous avons plusieurs fois signalé, et qui revient à ceci, *nihil aliud fecerunt quam quod quieverunt.* — [5] *Messana in Sicilia oppugnata.* Oui vraiment, c'était quelque chose de bien juste et de bien honorable que cette protection accordée à des brigands qui avaient fait de Messine leur repaire, et qui de là infestaient le détroit de leurs pirateries! Mais ce ne fut là qu'un prétexte; il y avait, on le sait, des motifs plus sérieux qui poussaient Rome et Carthage à se détruire. — [6] *Polyarato et Dinone.* C'étaient les deux chefs du parti de Persée à Rhodes. On peut voir dans Polybe, XXX, 8 et 9, après quelle série d'aventures tous deux, avec une rare imprudence, finirent par se laisser livrer aux Romains. — [7] *Favimus.* Nous avons favorisé, *dit-on.*

capessere bella, C. Livium, L. Æmilium Regillum interrogate, qui classibus vestris in Asia præfuerunt. Nunquam vestræ naves pugnavere sine nobis : nostra classe pugnavimus [8] semel ad Samum, iterum in Pamphylia adversus Annibalem imperatorem. Quæ victoria nobis eo gloriosior est, quod, quum ad Samum magnam partem navium, adversa pugna, et egregiam juventutem amisissemus, ne tanta quidem clade territi, iterum ausi sumus regiæ classi ex Syria venienti obviam ire. Hæc non gloriandi causa retuli (neque enim ea nunc nostra est fortuna), sed ut admonerem quemadmodum adjuvare socios solerent Rhodii.

III. Dans cette guerre même, ils n'ont pas failli à leur devoir; tout leur crime a été de vouloir réconcilier les deux partis. Si des brouillons ont voulu davantage, leur crime n'est pas celui de tous.

Præmia, Philippo et Antiocho devictis, amplissima accepimus a vobis. Si, quæ vestra nunc est fortuna deum benignitate et virtute vestra, ea Persei fuisset, et præmia petitum ad victorem regem venissemus in Macedoniam, quid tandem diceremus? Pecuniane a nobis adjutum, an frumento? auxiliis terrestribus, an navalibus? quod præsidium tenuisse nos? ubi pugnasse aut sub illius ducibus, aut per nos ipsos? Si quæreret, ubi miles noster, ubi navis intra præsidia sua fuisset; quid responderemus? Causam fortasse diceremus apud victorem, quemadmodum apud vos dicimus. Hoc enim legatos utroque de pace mittendo consecuti sumus, ut ab neutra parte gratiam iniremus; ab altera etiam crimen et periculum esset. Quanquam Perseus vere objiceret, id quod vos non potestis, Patres Conscripti, nos principio belli misisse ad vos legatos, qui pollicerentur vobis, quæ ad bellum opus essent : navalibus [9], armis, juventute nostra, sicut prioribus bellis, ad omnia paratos fore. Ne præstaremus, per vos stetit [10], qui de quacumque causa tum aspernati nostra auxilia estis. Neque fecimus igitur quidquam tanquam hostes, neque bonorum sociorum defuimus officio : sed a vobis prohibiti præstare [11] fuimus. Quid igitur? nihilne factum neque dictum est in civitate vestra, Rhodii, quod nolletis, quo merito offenderetur populus Romanus? Hic jam non, quod factum est, defensurus sum (non adeo insanio), sed publicam causam a privatorum culpa segregaturus. Nulla enim est civitas, quæ non et improbos cives aliquando, et imperitam multitudinem semper habeat. Etiam apud vos fuisse audivi, qui assentando multitudini grassarentur : et secessisse aliquando a vobis plebem, nec in potestate vestra rempublicam fuisse. Si hoc in hac tam bene morata civitate accidere potuit, mirari quisquam potest, aliquos fuisse apud nos, qui, regis amicitiam petentes, plebem nostram consiliis depravarent? Qui tamen nihil ultra valuerunt, quam ut in officio cessaremus [12].

C'est une objection qu'il accepte pour la réfuter aussitôt. — [8] *Pugnavimus.* Dans la guerre contre Antiochus. — [9] *Navalibus* est plus général que *navibus;* il comprend, outre les navires, tout ce qui peut servir à la marine, et les marins eux-mêmes. — [10] *Ne præstaremus, per vos stetit.* Les Romains avaient été blessés de cette médiation quelque peu impertinente en effet d'un peuple comme les Rhodiens. Ils commencèrent par refuser ce secours tardif, et se préparaient à châtier l'imprudence de ceux qui s'étaient crus en droit de donner des avis au sénat. — [11] *Prohibiti præstare.* Construction qui se rencontre fréquemment. — [12] *Cessaremus.* Ici comme plus bas (*bello cessavimus, cessatum officio est*), ce mot est pris dans son sens propre : il indique la froideur avec laquelle on fait une chose, le peu de zèle qu'on y apporte, et non l'inaction.

IV. Ils ne sont point responsables du langage arrogant de leur premier ambassadeur. D'ailleurs ils l'expient assez en ce moment; l'arrogance, à l'égard de plus fort que soi, n'est pas un crime capital.

Non præteribo id, quod gravissimum est in hoc bello crimen civitatis nostræ. Legatos eodem tempore et ad vos, et ad Persea de pace misimus : quod infelix consilium furiosus, ut postea audivimus, orator [13] stultissimum fecit : quem sic locutum constat, tanquam C. Popilius [14], legatus Romanus, quem ad submovendos a bello Antiochum et Ptolemæum reges misistis, loqueretur. Sed tamen ea, sive superbia sive stultitia appellanda est, eadem, quæ apud vos, et apud Persea fuit. Tam civitatum, quam singulorum hominum mores sunt : gentes quoque aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ : in vinum, in venerem proniores aliæ sunt. Atheniensium populum [15] fama est celerem et supra vires audacem esse ad conandum : Lacedæmoniorum cunctatorem, et vix in ea, quibus fidit, ingredientem. Non negaverim, et totam Asiæ regionem inaniora parere ingenia, et nostrorum tumidiorem ser-

[13] *Furiosus orator.* « Rhodii, superbe commemoratis erga populum Romanum beneficiis, et pæne victoriæ, utique de Antiocho rege, majore parte ad se vindicata, adjecerunt : quum pax inter Macedonas Romanosque esset, sibi amicitiam cum rege Perseo cœptam. Eam se invitos, nullo ejus in se merito, quoniam ita Romanis visum sit in societatem se belli trahere, interrupisse. Tertium se annum multa ejus incommoda belli sentire; mari intercluso, inopia insulam premi, amissis maritimis vectigalibus atque commeatibus. Quum id ultra pati non possent, legatos alios ad Persea in Macedoniam misisse, qui ei denuntiarent, Rhodiis placere pacem eum componere cum Romanis : se Romam eadem nuntiatum missos. Per quos stetisset quominus belli finis fieret, adversus eos quid sibi faciendum esset, Rhodios consideraturos esse. » XLIV, 14. Il faut avouer que le sénat n'était pas habitué à un pareil langage. Pour toute réponse, dit Claudius Quadrigarius, il donna la liberté aux Lyciens et aux Cariens, peuples que les Rhodiens avaient reçus comme sujets en récompense de leurs services dans la guerre d'Antiochus. — [14] *C. Popilius.* On connaît le cercle de Popilius. — [15] *Atheniensium populum.* Voyez ce que dit Bossuet des Athéniens et des Lacédémoniens, *Histoire universelle*, 3e partie, édit. classiq. de M. Delachapelle.

monem [16] esse, quod excellere inter finitimas civitates videamur; et id ipsum non tam viribus nostris, quam vestris honoribus ac judiciis. Satis quidem et tunc in præsentia castigata illa legatio erat, cum tam tristi responso [17] vestro dimissa. Si tum parum ignominiæ pensum est, hæc certe tam miserabilis ac supplex legatio etiam insolentioris, quam illa fuit, legationis satis magnum piaculum esset. Superbiam [18], verborum præsertim, iracundi oderunt, prudentes irrident; utique si inferioris adversus superiorem est, capitali pœna nemo unquam dignam judicavit. Id enimvero periculum erat, ne Romanos Rhodii contemnerent. Etiam deos aliqui verbis ferocioribus increpant, nec ob id quemquam fulmine ictum audimus.

V. On les accuse d'avoir eu pour le roi une secrète inclination : si tous ont ainsi pensé, que tous soient punis; sinon, qu'on distingue les coupables. Déjà les uns se sont punis eux-mêmes; les autres vont être livrés au sénat.

Quid igitur superat [19] quod purgemus, si nec factum hostile ullum nostrum est, et verba tumidiora legati offensionem aurium, non perniciem civitatis meruerunt? Voluntatis nostræ tacitæ velut litem æstimari vestris inter vos sermonibus audio, Patres Conscripti : favisse nos regi, et illum vincere maluisse; ideo bello persequendos esse credunt. Alii vestrum, voluisse quidem nos hoc, non tamen ob id bello persequendos esse : neque moribus, neque legibus [20] ullius civitatis ita comparatum esse ut, si quis vellet inimicum perire, si nihil fecerit, quo id fiat, capitis damnetur. His, qui nos pœna, non crimine, liberant, gratiam quidem habemus; ipsi nobis hanc dicimus legem : Si omnes voluimus quod arguimur, non distinguimus voluntatem a facto : omnes plectamur. Si alii principum nostrorum vobis, alii regi faverunt, non postulo, ut propter nos, qui partium vestrarum fuimus, regis fautores salvi sint; illud deprecor, ne nos propter illos pereamus. Non estis vos illis infestiores, quam civitas ipsa; et hoc qui sciebant, plerique eorum aut profugerunt, aut mortem sibi consciverunt. Alii, damnati a nobis, in potestate vestra erunt, Patres Conscripti.

VI. Que les anciens services des Rhodiens les protègent contre la guerre, ou plutôt contre la destruction; car jamais ils ne porteront les armes contre Rome, et ils viendront tous en suppliants se mettre à sa merci.

Ceteri Rhodii, sicut gratiam nullam meriti hoc bello, ita ne

— [16] *Nostrorum tumidiorem sermonem.* Le genre même de l'éloquence asiatique prêtait à cette enflure. Voyez ce qu'en dit Cicéron dans le *Brutus*, 95. — [17] *Cum tam tristi responso.* Voyez la note 13. — [18] *Superbiam*, etc. « Rhodienses superbos esse aiunt, id objectantes quod mihi et liberis meis minime dici velim. Sint sane superbi : quid ad nos attinet? Idne irascimini, si quis superbior est quam nos? » Caton, *Discours en faveur des Rhodiens*, cité par A. Gelle, VII, 3. — [19] *Superat*, comme *superest*. — [20] *Neque moribus, neque legibus*, etc. Voyez à

pœnam quidem sumus. Priorum nostrorum benefactorum cumulus, hoc quod nunc cessatum in officio est, expleat. Cum tribus regibus gessistis bella per hos annos. Ne plus obsit nobis, quod uno bello cessavimus, quam quod duobus bellis pro vobis pugnavimus. Philippum, Antiochum, Persea, tanquam tres sententias ponite. Duæ nos absolvunt : una dubia est, ut [21] gravior sit. Illi de nobis si judicarent, damnati essemus. Vos, judicate, Patres Conscripti, sit Rhodus in terris, an funditus deleatur. Non enim de bello deliberatis, Patres Conscripti; quod inferre potestis, gerere non potestis, quum nemo Rhodiorum arma adversus vos laturus sit. Si perseverabitis in ira, tempus a vobis petemus, quo hanc funestam legationem domum referamus : omnia libera capita, quidquid Rhodiorum virorum, feminarum est, cum omni pecunia nostra naves conscendemus; ac, relictis Penatibus publicis privatisque, Romam veniemus : et, omni auro et argento, quidquid publici, quidquid privati est, in comitio, in vestibulo curiæ vestræ, cumulato, corpora nostra conjugumque ac liberorum vestræ potestati permittemus, hic passuri, quodcumque patiendum erit. Procul ab oculis nostris urbs nostra diripiatur, incendatur. Hostes Rhodios esse, Romani judicare possunt : est tamen et nostrum aliquod de nobis judicium, quo nunquam judicabimus nos vestros hostes : nec quidquam hostile, etiam si omnia patiemur, faciemus [22].

la fin du vol le disc. de Caton, *ibid.* — [21] *Ut*, en admettant que. — [22] Voyez encore le disc. de Caton. Son patronage ne les sauva qu'à demi : on ne leur fit point la guerre, mais ils ne rentrèrent point en grâce, et l'on s'appliqua à les abaisser. Le sénat feignit de la colère, mais au fond il était bien aise de trouver une occasion d'appliquer la politique qu'il avait constamment pratiquée. « On se servait des alliés pour faire la guerre à un ennemi; mais d'abord on détruisait les destructeurs. Philippe fut vaincu par le moyen des Etoliens, qui furent anéantis d'abord après, pour s'être joints à Antiochus. Antiochus fut vaincu par le secours des Rhodiens; mais après qu'on leur eut donné des récompenses éclatantes, on les humilia pour jamais sous prétexte qu'ils avaient demandé qu'on fît la paix avec Persée. » Montesquieu, *Grandeur et décad. des Romains*, ch. 6. Il paraît que le vrai discours, prononcé par Astymède, fut publié et fort mal accueilli; on le trouva maladroit et incapable de persuader. Au lieu de se renfermer dans la défense des Rhodiens, il se mit à récriminer; rappela avec emphase ce qu'ils avaient fait seuls ou de concert avec les Romains, vantant sans mesure leurs services, et rabaissant par le mensonge ceux des autres peuples; plein d'amertume et d'âpreté pour censurer les fautes d'autrui, tandis qu'il atténuait celles des Rhodiens; et enfin de ce parallèle il concluait qu'il y avait des peuples bien plus coupables que les Rhodiens, à qui cependant les Romains avaient fait grâce. Justification, dit Polybe, tout à fait indigne d'un homme politique. Polybe, XXX, 4.

III Oratio M. Servilii de triumpho L. Æmilii Pauli. Cap. 37.
(An de R. 585. — Av. J.-C. 167.)

Serv. Sulpicius Galba, qui tribunus militum secundæ legionis in Macedonia fuerat, privatim imperatori inimicus milites et plebem concitaverat ne L. Æmilio triumphus decerneretur. Quum vocatæ primæ tribus rogationem antiquarent, concursus in Capitolium principum factus est, indignum facinus esse clamitantium, L. Paulum tanti belli victorem, dispoliari triumpho. In Galbam pro se quisque probra ingerere. Tandem hoc tumultu sedato, M. Servilius, qui consul et magister equitum fuerat, facta a tribunis dicendi ad populum potestate [1], ita disseruit :

I L'accusation ne prouve qu'une chose, la fermeté de Paul-Emile, qui a su contenir un ennemi comme Galba, et des soldats aussi mutins.

Quantus imperator L. Æmilius fuerit, Quirites, si ex alia re nulla æstimari possit, vel hoc satis erat, quod, quum tam seditiosos et leves milites [2], tam nobilem, tam temerarium, tam eloquentem ad instigandam multitudinem inimicum in castris haberet, nullam in exercitu seditionem habuit. Eadem severitas imperii, quam nunc oderunt, tunc eos continuit. Itaque, antiqua disciplina habiti, tunc quieverunt [3]. Serv. quidem Galba, si in L. Paulo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiæ dare voluit, non triumphum impedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus justum esse judicaverat : sed postero die quam triumphatum est, privatum quum visurus esset, nomen deferret [4], et legibus interrogaret [5]; aut serius paulo, quum primum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad populum accusaret. Ita et pretium recte facti triumphum haberet L. Paulus pro egregie bello gesto, et pœnam, si quid et vetere gloria sua et nova indignum fecisset. Sed videlicet, cui crimen nullum, nullum probrum dicere poterat, ejus obtrectare laudes voluit. Diem integrum hesterno die ad accusandum L. Paulum petiit; quatuor horas, quantum supererat diei, dicendo assumpsit. Quis unquam tam nocens [6] reus fuit, cujus vitia vitæ tot horis expromi non possunt? Quid interim objecit, quod L. Paulus, si causam dicat, negatum velit?

III. — [1] *Facta dicendi potestate.* Voyez plus haut, XLII, 34, le *Discours de Spurius Liguslinus* au peuple, note 1. — [2] *Tam seditiosos... milites.* C'étaient surtout les soldats de Paul-Emile que Galba avait ameutés contre lui. — [3] *Tunc quieverunt.* Les manuscrits portent *neque fecerunt*, qui n'offre aucun sens; c'est Rubenius qui a proposé la leçon adoptée ici. — [4] *Deferret... interrogaret.* Ces imparfaits sont mis pour le plusque-parfait. — [5] *Legibus interrogare.* Interroger quelqu'un en vertu des lois. — [6] *Quis unquam tam nocens*, etc. Ceci rappelle ce mot de je ne sais plus quel personnage qui venait d'écouter un avocat pendant plusieurs heures : « Il a parlé bien longtemps pour que sa cause soit bonne. » De pareils mots ne sont pas toujours justes; l'innocence et la raison elles-mêmes ont souvent

II. Si l'on s'adresse au peuple, que reprochera-t-on à Paul Emile? sa vigilance, son activité, son désintéressement, rien enfin qui ait besoin de justification

Duas mihi aliquis conciones parumper [7] faciat [8] : unam militum Macedonicorum; puram alteram, integrioris judicii et a favore et odio, universo judicante populo Romano. Apud concionem togatam et urbanam prius reus agatur. Quid apud Quirites Romanos, Ser. Galba, diceres? Illa enim tibi tota abcisa oratio [9] esset : « In statione severius et intentius institisti [10]; vigiliæ acerbius et « diligentius circumitæ sunt; operis plus, quam antea, fecisti, « quum ipse imperator et exactor [11] circumires; eodem die et « iter fecisti, et in aciem ex itinere duxisti. Ne victorem quidem « te [12] acquiescere passus est : statim ad persequendos hostes « duxit. Quum te præda partienda locupletem facere posset, « pecuniam regiam translaturus in triumpho est, et in ærarium « laturus. » Hæc sicut ad militum animos stimulandos aliquem aculeum habent, qui parum licentiæ, parum avaritiæ suæ inservitum censent; ita apud populum Romanum nihil valuissent : qui, ut [13] vetera atque audita a parentibus suis non repetat, quæ ambitione imperatorum [14] clades acceptæ sint, quæ severitate imperii victoriæ partæ, proximo certe Punico bello, quid inter M. Minucium [15] magistrum equitum et Q. Fabium Maximum dictatorem interfuerit, meminit : itaque accusatorem id scire potuisse [16], et supervacaneam defensionem Pauli fuisse.

III. Si l'on parle aux soldats, qui d'entre eux peut s'opposer au triomphe? Ignorent-ils que le triomphe relève la gloire des soldats et du peuple Romain plus que celle du général? Souvenir de l'ingratitude des Romains envers les plus grands citoyens.

Transeatur ad alteram concionem : nec Quirites vos, sed Milites videor appellaturus, si nomen hoc saltem ruborem incutere, et verecundiam aliquam imperatoris violandi afferre possit. Equidem ipse aliter affectus animo sum, qui apud exercitum mihi lo-

besoin d'être démontrées longuement et soutenues avec passion. — [7] *Parumper*, est opposé à *diem integrum, quatuor horas*, etc. — [8] *Faciat*, comme *ponat*, qu'on suppose. — [9] *Abcisa oratio.* Discours dont on a retranché tout ce qui était inutile, résumé d'un discours. — [10] *Institisti* s'adresse à Paul-Emile, ainsi que tous les autres verbes à la seconde personne. Puis le soldat que fait parler Servilius s'interrompt brusquement, mais d'une manière fort naturelle pourtant, et s'adressant directement à ses compagnons d'armes, il ne désigne plus Paul-Emile que par la troisième personne. — [11] *Exactor.* Celui qui examine, qui contrôle. D'ordinaire le général donnait ses ordres, et laissait faire les rondes par ses officiers. — [12] *Te* se rapporte aux soldats. — [13] *Ut*, en supposant que. — [14] *Ambitione imperatorum.* Ce que les généraux font pour capter la faveur des soldats. — [15] *M. Minucium.* XXII, 8 et suiv. — [16] *Potuisse.* Sous-entendu *meminit.*

qui videor, quam paulo ante eram, quum ad plebem urbanam spectabat oratio. Quid etiam dicitis, Milites? Aliquis est Romæ, præter Persea, qui triumphari de Macedonibus nolit? et eum non iisdem manibus discerpitis, quibus Macedonas vicistis? Vincere vos prohibuisset, si potuisset, qui triumphantes Urbem inire prohibet. Erratis, Milites, si triumphum imperatoris tantum, et non militum quoque et universi populi Romani esse decus censetis. Non unius hoc Pauli. Multi[17] etiam, qui ab senatu non impetrarunt triumphum, in monte Albano triumpharunt. Nemo L. Paulo magis eripere decus perfecti belli Macedonici potest, quam C. Lutatio primi Punici belli, quam P. Cornelio secundi, quam illis qui post eos triumphaverunt. Nec L. Paulum minorem aut majorem imperatorem triumphus faciet. Militum magis in hoc universique populi Romani fama agitur : primum ne invidiæ et ingrati animi adversus clarissimum quemque civem opinionem habeat, et imitari in hoc populum Atheniensem, lacerantem invidia principes suos, videatur. Satis peccatum in Camillo a majoribus vestris est, quem tamen ante receptam per eum a Gallis Urbem violarunt : satis insuper a vobis in P. Africano. Literni domicilium et sedem fuisse domitoris Africæ! Literni sepulcrum ostendi! Erubescamus, gloria si par illis viris L. Paulus injuria vestra exæquetur. Hæc igitur primum infamia deleatur, fœda apud alias gentes, damnosa apud nostros. Quis enim aut Africani aut Pauli similis esse in ingrata et inimica bonis civitate velit? Si infamia nulla esset, et de gloria tantum ageretur, qui tandem triumphus non communem nominis Romani gloriam habet? Tot de Gallis triumphi; tot de Hispanis, tot de Pœnis, ipsorum tantum imperatorum, an populi Romani, dicuntur? Quemadmodum non de Pyrrho modo, nec de Annibale, sed de Epirotis Carthaginiensibusque triumphi acti sunt; sic non M'. Curius tantum, nec P. Cornelius, sed Romani triumpharunt. Militum quidem propria est causa; qui et ipsi laureati, et quisque donis, quibus donati sunt, insignes, triumphum nomine cient[18], suasque et imperatoris laudes canentes per Urbem incedunt. Si quando non deportati ex provincia milites ad triumphum sint, fremunt; et tamen

— [17] *Non unius hoc Pauli. Multi*, etc. Voici comment j'explique ce passage : Le triomphe n'est pas le bien de Paul-Émile seul; il honore le soldat et le peuple plus encore que le général. Et la preuve, c'est que souvent, quand le sénat a refusé le triomphe à un général, il est allé triompher sur le mont Albain, parce que le peuple et l'armée ne voulaient pas être frustrés de cette solennité glorieuse. — Pour comprendre ceci, il faut savoir que, quand le sénat refusait le triomphe, si le général et son armée croyaient mériter cette récompense, ils triomphaient sur le mont Albain, au lieu de monter au Capitole ; et alors ils sacrifiaient à Jupiter-Latialis et non à Jupiter-Capitolinus. Voy. *Rome au siècle d'Auguste* de M. Ch. Dezobry, lettre LXXII, t. III, p. 145. — [18] *Triumphum nomine cient.* Les soldats chantaient en

tum quoque se absentes, quod suis manibus parta victoria sit, triumphare credunt. Si quis vos interroget, Milites, ad quam rem in Italiam deportati, et non statim, confecta provincia, dimissi sitis; quid Romam frequentes sub signis veneritis[19], quid moremini hic, et non diversi domos quisque abeatis vestras; quid aliud respondeatis, quam vos triumphantes videri velle? Vos certe[20] victores conspici velle debebatis.

IV. Jamais victoire n'a mieux mérité le triomphe. Que fera-t-on de tant d'opulentes dépouilles? Faudra-t-il les renvoyer en Macédoine, ou les faire entrer dans Rome furtivement?

Triumphatum nuper de Philippo, patre hujus[21], et de Antiocho est : ambo regnabant, quum de his triumphatum est. De Perseo capto, in Urbem cum liberis adducto, non triumphabitur? Quod si in curru scandentes Capitolium, auratos purpuratosque, ex inferiore loco L. Paulus in turba togatorum unus privatus interroget : « L. Anici, Cn. Octavi, utrum vos digniores triumpho esse, an me, censetis? » currum ei cessuri, et præ pudore videntur insignia ipsi sua tradituri. Et vos Gentium[22], quam Persea, duci in triumphum mavultis, Quirites, et de accessione potius belli, quam de bello, triumphari? Et legiones ex Illyrico laureatæ Urbem inibunt, et navales socii? Macedonicæ legiones, suo abrogato, triumphos alienos spectabunt? Quid deinde tam opimæ prædæ, tam opulentæ victoriæ spoliis fiet? Quonam abdentur illa tot millia armorum, detracta corporibus hostium? an in Macedoniam remittentur? Quo signa aurea, marmorea, eburnea, tabulæ pictæ, textilia, tantum argenti cælati, tantum auri, tanta pecunia regia? An noctu, tanquam furtiva, in ærarium deportabuntur? Quid? illud spectaculum maximum, nobilissimus opulentissimusque rex captus, ubi victori populo ostendetur? Quos Syphax rex captus, accessio Punici belli, concursus fecerit, plerique meminimus. Perseus rex captus, Philippus et Alexander filii regis, tanta nomina, subtrahentur civitatis oculis? Ipsum L. Paulum, bis consulem, domitorem Græciæ, omnium oculi conspicere Urbem curru ingredientem avent. Ad hoc fecimus consulem, ut bellum, per quadriennium ingenti etiam pudore nostro tractum, perficeret : cui sortito provinciam, cui proficiscenti præsagientibus animis victoriam triumphumque destinavimus, ei victori triumphum negaturi? et quidem non homines tantum, sed deos etiam suo honore fraudaturi?

marchant : *Io triumphe!* Voyez Horace, *Od.* IV, 1, v. 49. — [19] *Quid Romam frequentes sub signis veneritis.* Ce n'était pas l'usage d'amener ainsi des soldats sous les drapeaux à Rome, excepté pour le triomphe. — [20] *Vos certe*, etc. Ceci est une espèce de correction : vous n'êtes venus que parce que vous vouliez qu'on vous vît triomphants; ou du moins il était de votre devoir de le vouloir. — [21] *Hujus.* Persée. — [22] *Gentium.* Gentius, roi d'Illyrie, qui s'était uni à Persée, *accessio*

V. Refuser le triomphe serait une impiété : car ce sont les dieux qui ont conduit le général ; et tout est prêt pour les remercier.

Diis quoque enim, non solum hominibus, debetur triumphus. Majores vestri omnium magnarum rerum et principia exorsi ab diis sunt, et finem eum statuerunt. Consul proficiscens, prætorve, paludatus cum lictoribus, in provinciam et ad bellum, vota in Capitolio nuncupat : victor, perpetrato eodem, in Capitolio triumphans ad eosdem deos, quibus vota nuncupavit, merita dona populi Romani traducit. Pars non minima triumphi est victimæ præcedentes [23] ; ut appareat, diis grates agentem imperatorem ob rempublicam bene gestam redire. Omnes illas victimas, quas traducendas in triumpho vindicavit, alias alio cædente, mactate. Illas quidem epulas senatus, quæ nec privato loco, nec publico profano, sed in Capitolio eduntur, (utrum hominum voluptatis causa, an deorum hominumque ?) auctore Ser. Galba, turbaturi estis ? L. Pauli triumpho portæ claudentur ? Rex Macedonum Perseus cum liberis et turba alia captivorum, spolia Macedonum, citra flumen [24] relinquentur ? L. Paulus privatus, tanquam rure rediens, a porta domum ibit ?

VI. Que les Romains écoutent un vieux soldat couvert de cicatrices, plutôt qu'un Galba qui ne sait que parler.

Et tu [25], Centurio, Miles, quid de imperatore Paulo senatus decrerit potius, quam quid Serv. Galba fabuletur, audi : et hoc dicere me potius, quam illum, audi. Ille nihil, præterquam loqui, et id ipsum maledice ac maligne, didicit : ego ter et vicies cum hoste per provocationem pugnavi : ex omnibus, cum quibus manum conserui, spolia retuli. Insigne corpus honestis cicatricibus, omnibus adverso corpore exceptis, habeo.

Nudasse deinde se dicitur [26], et, quo quæque bello vulnera accepta essent, retulisse. Quæ dum ostentat, adapertis forte quæ velanda erant, tumor inguinum [27] proximis risum movit. Tum :

belli. — [23] *Victimæ præcedentes*. Les victimes qui marchent devant le triomphateur. — [24] *Flumen*, le Tibre : Servilius dit *citra flumen*, non par rapport à lui car il est au Capitole, mais par rapport à Persée lui-même, qui arrive et qui restera en deçà du fleuve sans le franchir. — [25] *Et tu*, etc. Brusque apostrophe aux soldats qui l'écoutent. Nous avons vu qu'en pareil cas c'est presque toujours le singulier qu'on emploie ; il a plus d'énergie et de vivacité que le pluriel. — [26] *Nudasse deinde se dicitur*. Il n'était pas rare de voir les orateurs employer cette pantomime expressive pour parler aux yeux et frapper vivement l'imagination des auditeurs. Cicéron en cite un exemple remarquable tiré d'un discours de l'orateur Antoine. Voyez *de Orat.* II, 47. — [27] *Tumor inguinum*, une hernie.

Hoc quoque, quod ridetis, inquit, in equo dies noctesque persedendo habeo ; nec magis me ejus, quam cicatricum harum, pudet pœnitetque, quando nunquam mihi impedimento ad rempublicam bene gerendam domi militiæque fuit. Ego hoc, ferro sæpe vexatum, corpus, vetus miles, adolescentibus militibus ostendi. Galba nitens et integrum denudet. Revocate, si videtur, Tribuni, ad suffragium tribus ; ego ad vos, Milites, [descendam [28], euntesque ad suffragia assectabor, et notabo improbos ingratosque, et eos qui non regi se ab imperatore, sed eum ultro sibi per ambitionem servire æquum censent.]

IV. Oratio L. Æmilii Pauli ad populum de morte filiorum. Cap. 41. (An de R. 587. — Av. J.-C. 167.)

Victa tribunorum intercessione, Paulus triumphavit [1]. Perseus cum liberis ante currum triumphantis actus : sed non victus magis, quam victor ipse, per illos dies documentum casuum humanorum fuit. Nam duobus e liberis quos Paulus, duobus datis in adoptionem, solos nominis hæredes retinuerat domi, alter quinque diebus ante triumphum, alter triduo post triumphum decessit. Paucis post diebus, Paulus in concione tum de rebus a se gestis, tum de morte liberorum magno animo disseruit.

Quanquam et quam feliciter rempublicam administraverim, et quod duo fulmina domum meam per hos dies perculerint, non ignorare vos, Quirites, arbitror, quum spectaculo vobis nunc triumphus meus, nunc funera liberorum meorum fuerint ; tamen paucis quæso sinatis me cum publica felicitate comparare eo, quo debeo, animo privatam meam fortunam.

Profectus ex Italia, classem a Brundusio sole orto solvi ; nona diei hora cum omnibus meis navibus Corcyram tenui : inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusque et classibus lustra sacrificavi [2]. A Delphis quinto die in castra perveni ; ubi exercitu accepto, mutatis quibusdam quæ magna impedimenta victoriæ erant, progressus inde, quia inexpugnabilia castra hostium erant, neque cogi pugnare poterat rex, inter præsidia ejus saltum ad

— [28] *Descendam*. Tout ce qui est entre crochets est de Freinsheimius, auteur des suppléments de Tite-Live ; ce discours est incomplet dans les manuscrits. Du reste le commentateur y a supplée à l'aide de Plutarque qui paraît avoir copié ou abrégé Tite-Live : « Ἐγὼ δὲ καταβὰς παρακολουθήσω πᾶσι, καὶ γνώσομαι τοὺς κακοὺς καὶ ἀχαρίστους, καὶ δημαγωγεῖσθαι μᾶλλον ἐν τοῖς πολέμοις ἢ στρατηγεῖσθαι βουλομένους. » Plutarque, *Vie de Paul-Emile*.

IV. — [1] *Paulus triumphavit*. Le triomphe de Paul-Emile, le plus splendide qu'on eût jamais vu, dura trois jours. — [2] *Lustra sacrificavi*. J'ai offert un sacrifice expiatoire, ou plutôt un sacrifice propi-

Petram [3] evasi, et ad pugnam rege coacto, acie vici: Macedoniam in potestatem populi Romani redegi, et quod bellum per quadriennium quatuor [4] ante me consules ita gesserunt, ut semper successori traderent gravius, id ego quindecim diebus perfeci.

Aliarum deinde secundarum rerum velut proventus secutus. Civitates omnes Macedoniæ se dediderunt; gaza regia in potestatem venit; rex ipse, tradentibus prope ipsis diis, in templo Samothracum [5] cum liberis est captus [6]. Mihi quoque ipsi nimis jam fortuna mea videri, eoque suspecta esse. Maris pericula timere cœpi in tanta pecunia regia in Italiam trajicienda, et victore exercitu transportando.

Postquam omnia secundo navium cursu in Italiam pervenerunt, neque erat quod ultra precarer, illud optavi, ut, quum ex summo retro volvi fortuna consuesset, mutationem ejus domus mea potius, quam respublica, sentiret. Itaque defunctam esse fortunam publicam mea tam insigni calamitate spero, quod triumphus meus, velut ad ludibrium casuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum est interpositus. Et quum ego et Perseus nunc nobilia maxime sortis mortalium exempla spectemur, ille, qui ante se captivos, captivus ipse, duci liberos vidit, incolumes tamen eos habet: ego, qui de illo triumphavi, ab alterius funere filii curru in...[7] ex Capitolio prope jam exspirantem veni: neque ex tanta stirpe liberum superest, qui L. Æmilii Pauli nomen ferat. Duos enim, tanquam ex magna progenie liberorum, in adoptionem datos, Cornelia et Fabia gens habent [8]; Pauli in domo præter se nemo superest. Sed hanc cladem domus meæ vestra felicitas et secunda fortuna publica consolatur [8].

tiatoire. — [3] *Saltum ad Petram.* Le bois s'appelait *Bois d'Apollon* (Pythius). — [4] *Per quadriennium quatuor consules.* C'est *triennium* et *tres* qu'il faudrait. Les trois consuls étaient P. Licinius Crassus, A. Hostilius Mancinus, et Q. Marcius Philippus. — [5] *In templo Samothracum.* C'était un asile inviolable. On y adorait des dieux bizarres et mystérieux qui semblent originaires de la Phénicie; c'était le culte le plus ancien parmi les Grecs, le berceau de leur religion — [6] *Cum liberis est captus.* C'est-à-dire, il fut pris après que, par une infâme trahison, on lui eut enlevé ses enfants; alors il vint lui-même se mettre à la merci du vainqueur, XLIV, 5 et 6. — [7] *Curru in...* Après ces mots il faut ajouter : *Capitolium vectus, ad alterum rediens*, etc. De cette manière la phrase est complète et offre un très-bon sens. — [8] *Cornelia... habent.* C'est cet enfant, adopté par le fils du premier Africain, qui s'appellera Scipion Emilien, et qui sera le second Africain, destructeur de Carthage et de Numance.

ORATIONES

EX SALLUSTIO COLLECTÆ.

EX BELLO JUGURTHINO.

I. Oratio Micipsæ regis ad Jugurtham. Cap. 10. (An de R. 636. — Av. J.-C. 118.)

Rex Numidiæ Micipsa, fratris filium Jugurtham primo eodem cultu, quo liberos suos, domi habuerat. Qui postquam adolevit, Micipsa sibi ab eo timere cœpit [1]; atque hac de causa eum ad bellum Numantinum misit, quod ibi facile occasurum sperabat: Jugurtha vero cum ingenti gloria domum rediit. Micipsa flexit animum suum, et eum beneficiis vincere aggressus est; statimque adoptavit, et testamento pariter cum filiis hæredem instituit. Sed paucos post annos, quum sibi finem vitæ adesse intellegeret, coram amicis et cognatis, itemque Adherbale et Hiempsale filiis, hujuscemodi verba cum Jugurtha fertur habuisse :

I. Souvenir de ses bienfaits envers Jugurtha; éloge insinuant des qualités et des talents du jeune prince.

Parvum ego te, Jugurtha, amisso patre, sine spe, sine opibus, in meum regnum accepi [2], existumans non minus me tibi, quam liberis, si genuissem [3], ob beneficia carum fore; neque ea res falsum me habuit [4]. Nam, ut alia magna et egregia tua facta omittam, novissume rediens Numantia [5], meque regnumque meum gloria honoravisti, tuaque virtute nobis Romanos ex amicis amicissumos

I. — [1] *Timere cœpit.* Il y avait lieu de craindre en effet, à en juger par le portrait que Salluste fait de Jugurtha. Voyez les chapitres 6, 7 et 8. — [2] *In meum regnum accepi.* Je t'ai appelé à l'héritage de la couronne; j'ai fait de toi (en partie du moins) l'héritier de mon trône. *In regno*, voudrait dire qu'il lui a donné asile dans son royaume. Tacite a dit de même: « Profugum Vononem in regnum accipiunt. » *Ann.* II, 4. — [3] *Si genuissem.* Il faut sous-entendre *liberos*, et non *te*; Micipsa indique par là qu'il n'avait pas encore d'enfant à l'époque où il adopta Jugurtha. — [4] *Falsum me habuit*, comme *fefellit*; c'est de cette tournure qu'on a déduit notre conjugaison française avec l'auxiliaire *avoir*: *falsum* est le participe de *fallere*. — [5] *Novissume rediens Numantia.* On sait que Micipsa l'avait envoyé à cette guerre dans l'espérance qu'il y périrait; il s'y couvrit de gloire, et eut l'art surtout de se ménager, dans des prévisions ambitieuses,